

alios, renunciationem juratam absolutam excludere filium etiam à legitima, ut probat etiam Gutierrez de juramento confirmatorio, 1. part. cap. 29. num. 3. & in cap. quamvis pactum, §. omnino servari, num. 6. & lib. 3. practiarum quæst. 8. num. 2. & alii utrobique relati. Et de hac renunciationis materia, plura ipse Thomas Sanchez d. cap. 7. per totum, quem omnino videas, & ceteros supra citatos, & maxime Cancercium.

31 Ad num. 31. ibi, Et breviter dico, &c.

Filium suum heredem posse adire hereditatem quam repudiavit infra trentium certum est in Jure; ut probatur ex l. fin. Cod. de repudian. heredit. & resolvit nos Gomezius in presenti, ad cujus textus, & materie explanationem videndi sunt præter ordinarios, Gutierrez in §. sui, numero 57. & sequentibus. Castillo in l. 21. Tauri, verbo, Repud. Caldas, in l. si curatorem, verbo, l. si, ex num. 42. usque ad 50. latissime Valascus in praxi partitionum, cap. 15. ex num. 52. Cevallos 205. & 627. Pichard. in §. extraneus, Institut. de heredum qualitate, & differentia, n. 8. & in §. si is qui in integrum, Institut. de eo cui libertatis causa bonâ add. & in repetitione tituli de substitut. in ff. cap. 10. num. 9. & sequentibus. Morla in empirio tit. 5. quæst. 1. ex n. 6. & quæst. 9. num. 11. & tit. 8. quæst. 24. num. 8. apud quos hæc materia fusillimè explicatur, & Molina de justitia, tom. 1. disputatione 180. num. 12. Tufchus litera H. conclusio 25. & Ximinez in concordantiis utriusque juris.

Ibi: Quod primo intellige in filio, vel descendente suo, & in potestate, &c.

Adde Gutierrez in dict. §. sui, num. 148. Caldas dict. verb. l. si, num. 49. Cevallos dicta questione 205. num. 3. & questione 627. per totam, & reliquos supra citatos & Cancercium variarum, 3. part. 21. num. 22.

Ibi: Ex quo etiam deducitur, &c.

Jam probavimus ex multis supra, in titulo, de substitutione vulgari, non tolli suavitatem per dationem substituti vulgari, contra nostrum Gomezium, ubi videbis. Et adde in terminis hujus legis finalis, Seguram, l. 3. §. fin. num. 158. ff. de liberis, & posthumis.

Ibi: Secundo intellige in ipso filio vel descendente principali secus autem in herede ejus, &c.

Adde Caldas ubi supra, num. 46. Cevallos qui communem dicit dicta quæst. 205. num. 4.

Ibi: Quarto intellige quando bona non repuntur post repudiationem alienata, &c.

Adde Morlam ubi supra, dicta quæst. 2. ex num. 6. Valascus de partitionibus, cap. 15. n. 80. ubi limitat in minore.

Adde quod hæc lex finalis, Codice de repudian. hereditat. non procedit à contrario sensu, si filius velit repudiare immixtionem, Gregorius Lopez in lege 12. tituli 6. part. 6. glossa 6. Caldas, in leg. si curatorem §. l. si, num. 51. Tufchus, lit. H. conclus. 25. num. 15. & conclus. 46. n. 19. & 20.

Item quid si filius erat institutus in re certa, de quo vide Costam in cap. si pater, verb. Subsequenter, num. 5. & ibi num. 15. an hæc lex procedat in substituto pupillari. Et an in repudiante majoratum, Caldas supra, num. 46. Alvarado de conjecturata mente defuncti, libro 2. cap. 2. §. 1. num. 66. Valascus de partitionibus, cap. 15. num. 63.

Ad dictam l. finalem, ibi, Reconvenerit, adde tunc si excludatur per lapsum temporis, Mor-

la ubi supra, d. 9. 24. num. 8. Cevallos d. 9. 205. num. 4.

Ad num. 32. ibi, Sexto etiam principali et 32. quaro: Quibus modis tollatur suitas, &c.

Morte ipsius filij emancipatione, vel exheredatione, tolli suavitatem, resolvit nos Gomez. & de duobus primis modis non est difficultas, quos latè exornant relati supra, n. 10. 11 & 12. quos videas. De exheredatione autem dicitur infra cap. 11. num. 19. & manet dictum supra, cap. 4. in addit. ad num. 3.

Ibi: Quarto tamen si pater instituat filium sub conditione, si voluerit, &c.

Et ibi: Sed his non obstantibus, &c.

Per conditionem: Si voluerit, filium amittere suavitatem, & effectus ejus, resolvit Gomezius in presenti, ut vides; sed contrarium verius est, ut diximus supra num. 23. vers. Nec obstat primum argumentum & docet Pichard. in principio, Institut. de vulgari, num. 32. ubi ait, non posse partem jura suorum tollere, quamvis quod ad se attinet possit remittere filio necessitatem succedendi, & in relectione ad titulum, ff. de acquirenda hereditate, cap. 12. num. 16. ubi explicat text. in l. Cornelius, & l. jam dubitari, ff. de heredibus instituendis in contrarium adductos, & text. in l. verba hæc, ff. de conditionibus institutionum. vide eum, & Molinam de justitia, tom. 1. disput. 180. n. 9. ubi explicat nostrum Gomezium in presenti hoc modo, nempe quod per dictam conditionem non impediatur transmissio in legitima, secus in incremento; quia de legitima rejicitur dicta conditio: Suarez in l. quoniam, ampliatio 5.

Ad num. 33. ibi: Sed ego teneo contrarium, &c. 33

Filium extra patris potestatem constitutum, vel extraneum, institutos sub conditione, si voluerit, non transmittit ex potentia sanguinis, nec ex capite juris deliberandi, docet in presenti Gomez. quod itidem declarat Molin. supra d. disp. 180. tom. 1. num. 9. scilicet quod filius non transmittit incrementum supra legitimum, secus ipsam legitimum, extraneus vero nihil, eo quod institutus sit ex vera & valida conditione, ex ratione pauld ante dicta, eum vide.

Ad num. 34. ibi: Sed his non obstantibus, &c. 34

Probavimus supra cap. 3. in additione ad num. 15. cum veniori sententia, & receptori contra nostrum Gomezium non tolli suavitatem, nec effectus ejus, per dationem substituti vulgari; ideo ad ibi tradita remittimus lectori: nec per dationem coheredis, ut communem dicens, docet Cevallos tom. 1. quæst. 205. num. 1. & quæst. 601. eum vide; & Pichardum in §. ita demum, Institut. de hereditatibus que ab intestato, Gutierrez in §. sui, num. 62.

Ad numerum 35. 36. 37. 38. 39. & 40. &c. 35

Supposita opinione verissima, quam supra proxime num. præcedenti deduximus contra nostrum Gomezium, scilicet per dationem substituti vulgari non tolli suavitatem, nec effectus ejus, hæc limitationes deducite ex num. 35. usque ad n. 40. non egent exornatione, cum opinio contraria sequenda sit, & circa eas vide Cancercium 3. part. cap. 21. ex num. 35. & 50. & seq.

Et antequam à transmissione ex potentia suitaris recedamus, adde quod hæc transmissio etiam fieri potest in fideum, ut nos Gomezius docet infra tom. 3. cap. 14. columna 3. Bossius in pract. tit. de jure fidei, num. 16. & alij plures relati

relati à Morquecho in tract. de divisione bonorum lib. 1. cap. 10. num. 13. de quo aliqua Deo dante dicemus in dicto cap. 14.

36 Item adde quod si filius surripit res hereditarias, & postea ablineat se ab hereditate, habetur pro immiscite, de quo vide l. 2. tit. 6. part. 6. & ibi Gregorius, & Federic. resolutione 18. habetur post librum 2. consilior. Farinacii, & Valascus, in praxi partitionum, cap. 15. ex numero 27. ubi num. 29. ait quod si prius abstulisset, & postea surripisset rem aliquam hereditariam, non per hoc revocaretur ablineatio facta, & num. 28. probat quod dicta resolutio non procedit in herede extraneo, quia hic per futurum rei hereditaria non perdit facultatem repudiandi, eum vide, & Costam in cap. si pater, verb. Subsequenter & filia, num. 18. & verb. Bona vindicaret, & in §. & quid si tantum, 4. part. multa adducit de hac transmissione, & suitate.

37 Ad num. 41. ibi: Aliquam 10. & secundo sit transmissio ex potentia sanguinis, &c.

Transmittit hereditatem ascendentiam ad solos descendentes ex potentia sanguinis, ut hic docetur, explicat pater ordinarios in l. unica, Cod. de his qui ante apertas tabulas: Gregorius Lopez in l. 2. tituli 6. part. 6. Spino in speculo, glossa 33. ex num. 102. in aliquibus dissentiens, ut infra videbis. Darenus in paraphrasi ad titulum de vulgari, cap. 20. §. superioribus locis, & ad tituli, ff. de acquirenda hereditate, cap. 5. §. sextus casus: Petrus Gregorius in syntagm. l. 42. cap. 13. & Tufchus lit. T. conclus. 370. num. 113. & seq. Pichard. in relectione tit. de substitutionibus, cap. 11. num. 5. 21. 22. & seq. & in relectione tit. ff. de acquirenda hereditate, cap. 31. num. 5. & alij plures relati à D. Joseph. Vela, dicta disputatione 11. n. 81. ubi num. 82. & 83. differit in quo conveniat, & differat à transmissione ex potentia suitaris: eum omnino videas, & Cancercium variarum 3. part. cap. 21. num. 6. & seq.

Ibi: Unde si quis decedat ex testamento, vel ab intestato, &c.

Hanc transmissionem locum habere, sive hereditas sit delata ex testamento, sive ab intestato, ut nos Gomezius docet defendunt communiter Doctores, ut videri potest per Duarenum ad titulum ff. de acquirenda hereditate, cap. 5. §. sextus casus, versiculo, & quia diximus; Spino in speculo, glossa 33. num. 112. Barbolam, in l. si constante, ff. soluto matrimonio, in principio; numero 104. vers. & facit, Cevallos quæstion. 106. numer. 2. & D. Joseph. Vela, qui alios quamplurimos refert, dicta disputatione 11. num. 88. licet contrariam opinionem, imo solum habere locum dictam transmissionem, facta testamento, cum aliis defendere conatur Pichardus, in repetitione tituli, ff. de vulgari, cap. 11. ex num. 45. & in principio, Institut. eodem tituli, num. 37. & 38.

38 Ad num. 42. ibi: Modo filius transmittens sit in potestate, modo emancipatus, &c.

Nihil refert an descendens, de cujus transmissione agitur, sit in potestate vel non, vel descendat ex linea paterna vel materna, ut hic docetur præterquam quod constat ex dicta l. unica, Cod. de his qui ante apertas tabulas testamenti, &c. comprobant Petrus Gregorius lib. 42. syntagm. cap. 2. numer. 20. Spino in speculo testamentorum, glossa 33. numer. 101. Costam, in cap. si pater, 1. part. vers. Habens, num. 2. Mo-

lina de justitia, tom. 1. disputatione 180. numero 17. ubi explicat Cevallos quæst. 206. numero 1. Pichardus, in relectione ad tit. ff. de acquirenda hereditate, cap. 31. numer. 3. & eleganter D. Joseph. Valac. dicta disputatione 11. num. 84. 85. & 86. quem videas, Tufchus lit. T. conclus. 369. ex num. 51.

Ad num. 43. ibi: Extende ut procedat, &c. 39

Non solum in descendente legitimo & naturali, sed etiam in naturali tantum, in casibus in quibus admittitur ad successorem ascendentium, habere locum transmissionem ex potentia sanguinis, resolvitur hic ut vides; imò & ad naturales tantum, posse fieri transmissionem quod ita docent Spino in speculo testamentorum, glossa 33. num. 103. Menchaca, de successione reservatione, §. 8. nu. 11. Matienzo laudans nostrum Gomezium, in l. 1. tit. 4. lib. 5. recip. glossa 16. num. 11. Molina de justitia, tom. 1. disputatione 180. num. 18. qui extendit potestatem transmittendi ex hoc capite sanguinis ad spurios, quoad portiones in quibus matri succedere possunt, Cancerc. variar. 3. part. cap. 21. num. 8. & alios referens D. Joseph. Vela, dicta disputatione, 11. num. 103. Licet contrarium tenet Gregorius Lopez in l. 1. tit. 6. part. 6. glossa 9. ubi ad lit. in adoptivis locum non habere hanc transmissionem.

Causa autem in quibus illegitimi succedere possunt, cumulant nos Gomezius in l. 9. & seq. Tauri, Pichardus in tractatu de successione, quem ponit Institut. de hereditatibus que ab intestato, §. 6. num. 20. & per totum, & latissime Matienzo, in l. 9. tit. 8. per totum, & plura de naturalibus eruditè Menchaca, illustrium, cap. 102.

Ad numerum 44. ibi: etiam si liberi vel descendentibus non sint nati, &c.

Quamvis non sint nati nec concepti liberi vel descendentes, ad quos sit transmissio in vita ejus, de cujus hereditate agitur, a hac habere locum hanc transmissionem, docent Romanus consilio 442. Tufchus lit. T. conclus. 370. numero 114. Spino in speculo, glossa 33. num. 102. & facit doctrina Sarmienti cum communi lib. 8. selectarum, in l. cum patronus, num. 7. ubi docet quod succedens per transmissionem, utitur privilegio & loco prædecessoris: & Menochii ex multis probantis, quod succedens jure transmissiois, ingreditur locum & statum transmittentis, quia jus transmissum capitur tanquam hereditas illius qui transmittit, non autem primi defuncti, ut ex pluribus probat Sirdus decis. 140. num. 16. & in specie sic docet Tiraguel, de tractatu consanguin. §. 1. glossa 9. numer. 93. & eum & alios laudans D. Joseph. Vela dicta disputatione 11. num. 103.

Ad num. 45. ibi: Quarto notabiliter extende, &c.

Non solum in hereditate delata de jure civili, sed etiam de jure pretorio, habere locum transmissionem ex potentia sanguinis, ut eleganter resolvit Gomezius, probatur ex doctrina Benedicte in cap. Raynuius, de testamentis, verbo, Mortuo itaque testatore, et secundo, numero 152. ubi id in specie resolvit, & eum & alios referens Cevallos, quæst. 10. num. 1. & sequentibus, ubi numer. 5. ex regula presuppota, nempe bonorum possessorem obtinere vicem heredis in jure, quam etiam exornat Parladorus, differentia 22. num. 11. inferit quod l. finalis, Cod. de edicto divi Adriani toll. l. 3. tit. 13. lib. 4.

13. lib. 4. *recop.* habebunt locum etiam in universali bonorum possessore succedente ab intestato, de jure prætorio, & pro hac parte, laudat Gutierrez in §. sui, num. 73. & alios idem Cevallos, *questione* 206. num. 4. Spino in *speculo testamenti*, gloss. 33. num. 102. Pichardus in *relezione* tit. ff. de acquirenda hereditate, cap. 29. num. 42. Duarenus ad titulum, ff. de acquirenda hereditate, cap. 5. §. sextus casus, versiculo, illud etiam *questum*: D. Joseph. Vela dicta *dissertatione* 11. num. 102.

An autem de jure Regio, bonorum possessionum remedia sint antiquata, videndi sunt Gregor. in l. 19. tit. 1. part. 6. & eum referens Paradorus, *dissertatione* 23. num. 13. ubi negativè resolvit contra Gregorium; & hoc bene supponunt omnes Doctores *suprà* allegati, hoc numero.

42. Ad num. 46. ibi: & ex hac communi sententia, &c.

Sicut in hereditate delata de jure prætorio habet locum transmissio jure sanguinis, ut numero præcedenti dictum est; ita similiter habebit locum transmissio ex capite juris deliberandi, ut hic resolvitur per nostrum Gomezium, cui adde Tufchum, lit. I. *conclusio*, 586. numero *quint.* Menochium de *Arbitrariis*, casu 1. num. 3. & 4. Gregorium Lopez in l. 2. tit. 6. part. D. Joseph. Vela, dicta *dissertatione* 11. dicto num. 102.

43. Ad num. 47. ibi: Quia sinitas, vel patria potestas non consideratur de jure prætorio, &c.

Transmissionem ex potentia sinitatis non habere locum in hereditate delata de jure prætorio, defendit, ut vides, noster Gomezius, & eam comprobat, alios Doctores referens, D. Joseph. Vela, dicta *dissertatione* 11. num. 102. & alii *relati* *suprà*, num. 41.

Adde quod filius nec dum transmittit hereditatem delatam de jure communi, sed etiam delatam de jure speciali, & statuti, ut ait Tufchus lit. T. *conclusio* 370. num. 10.

44. Ad num. 48. ibi: Ut prædicta transmissio jure sanguinis, &c.

Transmissionem jure sanguinis tantummodo locum habere in hereditate ascendente ad descendentes, ut hic resolvitur, probant præter allegatos *suprà* in additione ad num. 41. Surdus *decisione* 146. num. 2. Gregorius Lopez in l. 2. tit. 6. part. 6. gloss. 8. Tufchus *conclusio*, 170. lit. T. num. 74. Benedictus in cap. Raynuntius, numero 152. ubi communiter dicit Menchaca, de *successionum* creatione, lib. 3. §. 21. num. 267. & de *successionum* progressu, libro primo, §. 8. numero 10. Trentacinius de *substitut.* 1. part. cap. 6. numer. 21. Cevallos *quest.* 206. in principio, Matienzo l. 1. tit. 4. lib. 5. *recop.* glossa 16. num. 21. Oñaldus ad Donellum, lib. 7. cap. 4. *innotatis*, litera E. Pichardus in *relezione* tit. ff. de *substitutionibus*, cap. 11. num. 45. & 48. & hæc doctrina vera est, licet aliter eam intelligat Azevedus in l. 1. tit. 8. lib. 5. *recop.* num. 11. & quamvis alii contrarium tueantur, quos refert Spino in *speculo testamentorum*, glossa 33. numero 103. eum vide, & D. Joseph. Vela, dicta *dissertatione*, 11. num. 81. ubi alios plures refert, & bene explicantem Molinam, de *justitia* *tomus* primo *disputatione*, 180. numero 17.

45. Ad num. 49. ibi: Secus autem est si competat, & ei sit delata sub conditione, &c.

Et ibi: Quod tamen limita, & intellige præterquam respectu legitima, &c.

Hereditatem delatam descendenti sub conditione non transmitti in comperto est, per jura ad hoc considerata per nostrum Gomezium; de quo videndi sunt Tufchus lit. T. *conclusio*, 37. num. 8. & 29. ubi limitat in eo quod debetur sub conditione ex contractu; quia si moriatur is cui debetur, transmittitur; & alij ferè infiniti congesti per Dominum Joann. del Castillo, lib. 4. *controversiarum* cap. 55. ex numero 56. Suarez in *thesauro receptorum*, verb. *Transmissio*, Morla in *emprio*, tit. 8. *quest.* 24. num. 15. ubi de conditione tacita. Quod ita accipi debere affirmat idem Gomezius, præterquam respectu legitima, in qua ipso jure rejicitur omne gravamen non solum ab ipsis filiis sed etiam ab eorum heredibus, in quos transmissum; ut probat eleganter Menchaca de *successionum* creatione, lib. 1. §. 10. numero 393. & diciturissimè *Questada* *diversarum* *questionum* *juris*, cap. 24. num. 30. & Rodericus Suarez in l. *quoniam* in prioribus, *ampliacione* 10. numero 4. Tufchus *litera* T. *conclusio* 372. numero 12. circa quod quandam distinctionem affert Azevedus; in l. 1. tit. 8. lib. 5. *recop.* num. 18. nempe quod si filius gravatus in legitima per appositionem conditionis mortuus est adita hereditate, transmittit jus petendi, ut gravamen illud rejiciatur à legitima; sed si filius non adisset, & sic jus ad eundem transmississet in heredem, tunc hæres non poterit petere rejici gravamen, &c. Eum omnino videas, & Gregorium, in l. 22. tit. 4. *partita* 6. glossa 1. *questione* 3. & vide etiam *infra*, cap. 11. numero 24. & Barbofam ibi citatum num. 35.

Ibi: Et idem est si pater relinquit filio vel descendenti legatum vel fideicommissum sub conditione, &c.

Legata, fideicommissa, prælegata, seu meliorationes, sub aliqua conditione, non esse transmissibilia, resolvunt *suprà* citati, & quos refert D. Joannes del Castillo, d. cap. 55. & latissimè Menochius *dict.* *presump.* 201. & vide ante omnes, Fufar. de *fideicommissis* *quest.* 490. per totum. ubi ampliat, limitat, & declarat, Cancercium 3. part. cap. 21. n. 94. & *seq.* & numero 265. & *seq.* Alvarado de *conjectur.* mente, l. 3. cap. 1. num. 14. & lib. 4. cap. 2. num. 11. Larream *decision.* 31. numer. 47. & 48. & vide *infra*, num. 54. Manticam de *conjecturis*, lib. 11. tit. 20. ubi etiam late, & l. 10. tit. 5. ubi quando intelligatur legatum conditionale.

Ad num. 50. ibi: Sed his non obstantibus, & contrarium est tenendum, &c.

Hæredem transmissarium ex potentia sanguinis præferri substituto vulgari, ut hic latissimè probatur, defendunt ut veriorum opinionem, Menchaca de *successionum* progressu, §. 11. numero 22. Spino in *speculo testamentorum*, glossa de *vulgari*, num. 34. & plures pro hac parte referens Fufarius, de *vulgari* *substitutione*, *questione* 47. & plures à nobis allegati *suprà*, cap. 3. in additione ad numerum 25. versiculo, item *transmissionem*, &c. Et præcipue Pichardus in *relezione* ad titulum, ff. de *substitutionibus*: cap. 11. num. 10. & 22. & *seq.* ubi plures pro hac parte refert, vide etiam Cancercium *variaturum* 3. part. cap. 21. numero 39. & 145.

Quod attinet autem ad transmissionem ex potentia sinitatis, & ex capite juris deliberandi, an præferatur substitutioni, vide dicto cap. 3. in additione ad numerum 25. ubi late, & Cancercium dicto numero 39. & numero 284. & 285. & 341. Et circa transmissionem ex potentia sinitatis, vide etiam Pichardum, in *relezione* ad titulum,

lum, ff. de acquirenda hereditate, cap. 11. numero 15. Gutierrez, in §. sui, ex num. 50. Cancercium *suprà*.

47. Ad num. 51. ibi: Aliquando & tertio sit transmissio ex capite juris deliberandi, &c.

De transmissione ex capite juris deliberandi, quæ habet locum infra annum à die scientie delata hereditatis, ut explicat Gomezius in *presenti*, videndi sunt Benedictus, in cap. Raynuntius, verb. *Mortuo* itaque, el. secundo num. 161. Menchaca, de *successionum* progressu, §. 8. n. 5. & alii *relati* à Spino in *speculo*, glossa 33. numero 104. Tufchus lit. T. *conclusio* 369. numero 34. & 55. & melius lit. I. *conclusio*, 576. ubi ampliat, & limitat Matienzo in l. 1. tit. 4. lib. 5. *recopil.* gloss. 16. n. 19. Pichard. in *relezione* tit. ff. de acquirenda hereditate, cap. 31. num. 2. & *seq.* & in *relezione* tit. ff. de *vulgari*, c. 11. ex num. 50. ubi plures refert D. Joseph. Vela, dicta *dissertatione* 11. ex num. 108. & omnes *suprà* *relati*, qui agunt de aliis transmissionibus, qui etiam de ista tractant, & Cancercius *variaturum* 3. part. cap. 21. ex num. 16.

Ibi: Si decedat infra annum, &c.

De annali dilata ad deliberandum concessa, & quomodo sit conservanda ad transmissionem, videndi sunt *suprà* *relati*, & maxime D. Joseph. Vela dicta *dissertatione* 11. num. 109. ubi ita resolvit hanc difficultatem, ut transmissarius sui hæredis, vel ascendens non sui (qui intelliguntur ex capite sinitatis vel sanguinis) perpetuum habeant tempus, ut voluntatem suam declarent, nempe qui venit ex capite sinitatis, per abstentionem, quæ ex persona sui hæredis tibi competit, qua non facta ipso jure post id tempus, manet hæres irrevocabilis: qui verò ex potentia sanguinis, an hæres esse velit per aditionem, vel pro hærede gestionem, qua non facta, intra longissimum id tempus, manebit illo elapso ab hereditate & transmissione exclusus. Ac verò transmissarius extranei hæredis dumtaxat anni spatium à tempore delatæ defuncto hereditatis, & per eum cognita, currentis, vel ab eo quod ex juris præscripto potest ei à Judice præstinari, (ut l. 1. tit. 6. *partita* 6. *fancitum* est) ad deliberandum habeat, eoque transfacto, hujusmodi transmissio omnino cesset, eum vide, & Gregorium in dicta l. 2. Cancercium *variaturum* 3. part. cap. 21. num. 19.

48. Ad num. 52. ibi: Tantum transmittat illud residuum tempus, &c.

Tempus quod supererat hæredi ex anno ad deliberandum concessio, habere transmissarium ex hoc cap. compertum est; & ita docent Tufchus *litera* T. *conclusio* 369. num. 55. & *litera* I. *conclusio* 586. num. 11. & *conclusio* 585. *ibidem* lit. I. num. 4. Matienzo in l. 1. tit. 4. lib. 5. *recop.* glossa 16. num. 59. & *reliqui* *suprà* *citati*, numer. antecedenti.

49. Adde, sed penam quod aliquis sciens hereditatem sibi delatam per decem menses nec adivit nec repudiavit, & postea intra duos menses restans impetravit à judice terminum juxta dispositionem dicta l. 2. tit. 6. part. 6. nunquid licet annus legis sit elapsus, poterit transmitti jus ad eundem ad suum hæredem intra terminum à Judice præfixum? & licet de jure communi hoc fuerit controversum, hodie apud nos in dubium venire non debet, ex dict. l. 2. ubi Gregorius ita affirmat, glossa 5. contra alios & Tufchus lit. I. *conclusio*, 580. num. 7. cum aliis D. Joseph. Vela, dicta *dissertatione* 13. n. 108.

Ant. Gomez. Variæ Resol. Tom I

Ad numerum 53. ibi: Si verò esset ignorans, nullo modo transmittet, &c.

Ignorans hereditatem sibi delatam quod eam non transmittat ex hoc capite juris deliberandi, resolvit (ut vides) noster Gomezius in *presenti*, & id tanquam certum docent omnes *suprà* citati numer. 47. maxime Tufchus, *litera* T. *conclusio* 368. num. 2. & num. 56. & *conclusio*, 370. numero 43. & *conclusio*, 372. numero 2. & lit. I. *conclusio*, 586. num. 3. Spino in *speculo* glossa 33. numer. 106. versiculo *ratio* autem, Matienzo, in l. 1. tit. 4. lib. 5. *recop.* gloss. 16. num. 19. Villalobos in *suis* *communibus*, verb. *Hæres*, num. 22. Suarez in *thesauro*, verb. *Transmissio*, Molina de *justitia*, *tomus* 1. *disputatione* 180. num. 22. & *seqq.* Barbofa, in l. *quia* *tale*, ff. *solutio* *matrimon.* ex n. 55. & omnium optime plures referens D. Joseph. Vela, *dict.* *dissertat.* 11. num. 110. ubi ait veram rationem esse; quia cum in hæc transmissionis specie jus deliberandi transmittenti competens in transmissarium transferatur, atque adeo ab ejs persona deliberandi tempus incipiat, si nullum in eo deliberandi jus detur, quia deliberationis principium in animo consistens, in eo desit propter ignorantiam, nihil erit quod in hæredem transmitti valeat. Et simul animadvertit differentiam inter hæc & reliquas transmissiones, cum ille locum obtineat licet transmittens delatam sibi hereditatem ignoraverit, hæc verò regulariter non procedit, data transmittentis ignorantia, vide Cancercium, *variaturum* 3. part. cap. 21. num. 17. & vide *infra* num. 52. *versiculo*, de *majori*.

Hæc tamen resolutio limitanda est in lucro legali delato à lege, extra jus & nomen hereditatis, hoc enim etiam non agnitionem transmittitur ab ignorante ad hæredem, ut probant Pinellus in l. 1. *Cod. de bonis maternis*, 1. part. nu. 36. Costa, in cap. *si pater*, verb. *Legatus*, num. 34. Afflictus, *decisione* *Neapolit.* 314. n. 4. Gutierrez lib. 3. *questione* 79. ex num. 9. & in *tractatu* *de iustis*, 3. part. cap. 41. & Castillo l. 14. *Tauri*, verb. *Puedan disponer*, &c. ubi bene explicat Surdus, *decis.* 138. numero 15.

Ad num. 54. Sed his non obstantibus, &c.

Ex capite juris deliberandi transmittitur hereditatem, in ulteriore heredem, secundo mortuo intra tempus ad deliberandum concessum, resolvit noster Gomezius, ut vides & comprobari potest, ex eo quod hæres intelligitur, qui cum effectu est talis; ut cum Decio, Carolo Ruino, & aliis docet Tiracum, in *tractat.* *de mort.* 2. part. in *declaratione* 3. & quia appellatione hæredis comprehenditur hæres hæredis in re ad hæredes transitoria, ut probat ipse Tiracum, *ibidem*, 1. parte *declaratione* 4. Barbofa de *nominibus* *appellativis*, verb. *Hæres*, numer. 34. ex quo sequitur, quod cum ille secundus hæres fuerit mortuus intra tempus ad deliberandum concessum, & ante aditionem hereditatis, non possit dici hæres transmissarius, sed ille qui postea succedit, qui gaudebit utique hoc jure transitorio ad hæredes; & hæc sententia mihi probabilior videtur quam contraria, quam sequitur Spino in *speculo*, dicta gloss. 33. in fine, vide etiam Salgadum in *labyrintho*, parte 2. cap. 15. num. 108.

Ad numerum 55. ibi: Unum tamen est quod sit in omnibus casibus, &c.

Hereditatem ex quocumque capite sinitatis, sanguinis, vel juris deliberandi, non ut aditam, sed ut ad eundem transmittitur, noster Gomezius

A a resclvii

resolvit hic, ut vides: & quod attinet ad transmissionem ex capite juris deliberandi, omnes conveniunt, ut docet Spino in speculo, dicta gloss. 33. num. 106. versiculo. Ratio autem: & omnes infra referendi, quoad transmissionem autem ex capite fuitatis, certum est in Jure eam non ut adendum, sed ut aditam transmitti, ut probant Cujacius tractatu ad Africanum, ad l. si filius heres, ff. de liber. & posthumis, pagina 2. versiculo, Nec est hoc precipuum, Corraus miscellaneorum juris, lib. 7. cap. 1. num. 4. (quamvis in aliquibus male) Antonius Faber, lib. 14. conjecturarum, cap. 1. in principio. Surdus, decis. 138. num. 18. Olualdus ad Donellum, lib. 7. cap. 4. in notis, lit. D. Spino ubi supra, num. 90. Pichardus in relectione ritul. ff. de acquirenda hereditate, cap. 31. num. 5. & sequent. & plures alios referens D. Joseph. Vela, dicta dissertatione 11. numer. 36 ubi num. 37. 38. & 39 tres effectus hujus resolutionis refert, quos adduxerunt Spino supra dict. gloss. 33. num. 90. & 91. Costa in §. cum in bello, verb. Bona vindicare, ex num. 11. Cancer. variarum 3. part. cap. 21. num. 57. & 58. & 156. & 164. ubi late Cevallos quass. 205. numero 1. Gregorius, l. 12. tit. 6. part. 6. & alii quamplurimi ab eis relati. Quoad transmissionem autem ex potentia sanguinis, communis Doctorum putat hereditatem non ut acquisitam transmitti, ut probant Spino, & reliqui hoc numero citati, & ipse D. Joseph. Vela, supra num. 86. Pichardus tamen in relectione ad ritulum, ff. de vulgari. c. 11. ex num. 24. cum Antonio Fabro, non acquisitam transmitti probat, eum vide, & novissime Salgado in labyrintho, parte 2. cap. 25. num. 69. & seq. ubi alia infert, & late disputat, an creditores transmittentes jus habeant contra bona hereditatis transmissæ.

Ad num. 56. ibi: Secus vero si esset minor, &c.

Minorem mortuum sine aditione (extra tres causas supra relatas quibus jure communi locum habet transmissio) transmittere beneficium restitutionis ad heredes docet Gomezius in presenti, & cum in proposito laudat, istam resolutionem eruditè explicans Caldas in l. si curatorem, verb. Minoribus, ex num. 53. & cum ea transit Cevallos, quass. 738. in fine. Tusch. lit. T. conclus. 369. num. 33. & 49. & 83. & conclus. 370. num. 14. & conclus. 372. num. 19. Surdus, decis. 138. numer. 10. Villalobos in communibus, verb. Hereditas, numero 33. Suarez etiam in suis communibus, verb. Hereditate non adita, Spino in speculo, glossa 33. num. 82. & sequent. & plures referens D. Joseph. Vela, dicta dissertatione 11. num. 112. quem videas, & Cardoso in tractatu de jure accrescendi, illatione 37. ex num. 9. Ibi: Et in expresso istam sententiam probat text. in l. Pantomus, &c.

De majore, cui ex justa causa conceditur restitutio adversus omissionem aditionis hereditatis, cujus etiam erat ignarus, deque hujus transmissione ad heredes, & interpretatione l. Pantoni, aliàs Panonius, ff. de acquirenda hereditate, videndi sunt Costa in cap. si pater, verb. Habens, ex num. 26. & in §. & quia si tantum, 5. part. ex num. 109. Caldas in l. si curatorem, §. minoribus, num. 52. & sequent. & numer. 55. Spino in speculo, glossa 33. num. 106. Tuschus lit. T. conclusione 369. num. 34. & 88. & 93. & conclusione 170. numer. 15. & conclusione 371. num. 17. Barbosa in l. quia tale, ff. soluto matrimonio, nu. 56. & sequentibus, Cancerius varia-

rum 3. part. cap. 12. numer. 10. Costa in §. & quid si tantum, 5. parte ex numero 106. ubi an restitutio impediat transitum ad substitutum, Pichardus in relectione ritul. ff. de substitutionibus, cap. 10. numer. 7. Cevallos, quassione 738. late, & optime D. Joseph. Vela, dicta dissertatione 11. ex numer. 112. Cardoso in tractatu de jure accrescendi, illatione 37. num. 12.

Quid autem in hereditate infanti delata, quam mortuo infante ad heredes primi testatoris pertinere, ac si nunquam infanti delata fuisset, videtur probare Text. in l. si infanti, Cod. de jure deliberandi, ac properea videtur excludi remedium restitutionis, de quo supra, videndi sunt, præterea quæ diximus supra in additione ad num. 25. versiculo, de infante, Caldas, in l. si curatorem, verb. Cum non absimilis, num. 57. & verb. Minoribus, ex num. 53. Tuschus, lit. T. conclus. 370. ex num. 3. Olualdus ad Donnellum lib. 7. cap. 4. lit. E. & cap. 9 in notis lit. E. Fachinus lib. 6. contraversarum cap. 9. Pichardus in §. pupillus, Infit. de inuilibus stipulationibus num. 17. & in relectione ad ritulum ff. de acquirenda hereditate, cap. 31. num. 11. & cap. 25. numer. final. D. Joseph. Vela, dicta dissertatione 11. numer. 105. & seq. post Cancerium variarum 3. part. cap. 21. num. 71. & sequentibus usque ad 80. & num. 184. & sequentibus.

De transmissione in contractibus, vide late §. Barbosam in rubrica, ff. soluto matrimonio, 1. parte num. 33. Farinacium tom. 1. ritul. 3. quass. 25. num. 146. & sequentibus, & Cancerium 3. parte cap. 21. num. 90. & 127. idem Barbosa in l. quia tale, num. 43. & sequentibus, ubi optime explicat quando contractus, & privilegia transeant ad heredes. Et de transmissione in donatione, Valasco de jure emphyteotico, quassione 50. in fine, & plures referens Hermosilla in additionib. ad leg. 7. ritul. 4. part. 5. glossa 5. numero 1. & 2. & 40. & sequent. ubi plura, & in l. 26. glossa 1. num. 4. ritul. 5.

De transmissione in legatis & fideicommissis agunt latissime Menochius, Mantica, Fusarius citati supra, num. 1. & num. 45. & alii fere infanti ab eis relati, & Castillo lib. 4. contraversarum, cap. 55. ex num. 56. Pichardus in relectione ritul. ff. de legatis, cap. 14. num. 2. apud quos omnes quæstiones in hac materia facile videri poterunt, & Molina de justitia, tomo 1. disputatione 181. late Cancerius 3. part. cap. 21. ex num. 81. ubi de universali fideicommissio, & num. 94. & sequentibus, ubi de conditionali fideicommissio, & num. 109. & sequentibus, & num. 118. & seq. & num. 245.

Et adde quod jus transmissionis potentius est jure accrescendi, ut probat Crassus in §. jus accrescendi, quass. 115. in fine. Cardoso in tract. de jure accrescendi, illatione 37. num. 8. & in fideicommissis loquens fularius de fideicommissis, quassione 490. num. 25. Salgado in labyrintho, part. 2. cap. 25. num. 110. Cancerius late 3. parte cap. 21. num. 40. & sequent.

Item adde quod quis instituitur per Monachum, cujus testamentum per professionem confirmetur, & postea iste heres moriatur, vivo monacho, nihilominus transmittet hereditatem ad suos heredes, & non remanebit tanquam caduca apud Monasterium, ut optime probat Cevallos quass. 806. ex num. 22. quem videas.

Item an si virgo desolata decedat, transmittat ad hæredem jus petendi dotem ab stupratore?

Late

Late Cancerius variarum 3. part. cap. 11. n. 133. & sequentibus.

Item adde quod potest transmissarius hereditatem repudiare, Matienzo leg. 3. ritul. 9. glossa 9.



CAPUT X.

De Jure accrescendi.

SUMMARIUM.

- 1 Jus accrescendi non habet locum in contractibus, si causa est lucrativa, & merè dividua.
- 2 Jus accrescendi habet locum in contractu celebrato per Principem, quando causa est lucrativa.
- 3 In contractibus ex causa onerosa, dividua, vel individua, an habeat locum jus accrescendi.
- 4 In contractibus ex causa onerosa vel lucrativa super re individua, an habeat locum jus accrescendi.
- 5 Si quis concedat fundum in emphyteosim duobus vel pluribus, & in persona unius defuncti, an accrescat alteri.
- 6 Inter duos filios in tertio honorum à patre melioratos, an habeat locum jus accrescendi.
- 7 Jus accrescendi, an habeat locum in donatione causa mortis.
- 8 Jus accrescendi, an habeat locum in hereditatibus universalibus, quando quis fuit institutus in re certa.
- 9 Institutus in re certa, an habeat alia bona, virtute accrescendi vel virtute institutionis.
- 10 Institutus in re certa, an habeat alia bona quando hoc testator prohibuit.
- 11 Testatus & intestatus, an quis possit pro parte decedere, & qualiter hoc intelligatur.
- 12 Institutus in re certa, tunc habeat alia bona, quando fuit institutus per verba directa, seu si per verba obliqua.
- 13 Institutus in re certa tunc habeat alia bona, quando sibi non est datus coheres.
- 14 Duobus institutus hereditibus in quota inaequali, accrescunt alia bona secundum portiones sibi assignatas.
- 15 Hæres in re certa instituitur, cui datus est coheres universalis, qua commoda habeat ex institutione.
- 16 Instituta de rebus alienis, an valeat ut saltem virtute juris accrescendi extendatur ad bona testatoris.
- 17 Hæres universalis qui unam rem accepit, an consequatur alia bona virtute juris accrescendi, an virtute institutionis.
- 18 Si hæres fuerit institutus in duabus partibus separatim, una siquidem pure, alia sub conditione, & in conditionali sibi datus sit substitutus, eo acceptante solam que relinquitur pure, quis in conditionali admittatur.
- 19 Hæres qui in duabus partibus est institutus, & unam acceptat, aliam expresse repudiat, an repudiatam etiam acquirat.
- 20 Institutus in diversis partibus unam acceptans, an aliam acquirat, quando in ea quam vult

- repudiare habet substitutum.
- 21 In dependentibus ab animo, adhibitus in una re extenditur ad totum.
 - 22 Jus accrescendi qualiter habeat locum inter duos heredes, quorum unus hereditatem repudiavit.
 - 23 Jus accrescendi an habeat locum inter heredes fideicommissarios.
 - 24 Qualiter dicuntur heredes inter se esse conjuncti.
 - 25 Conjuncti verbis tantummodo sunt, quibus hereditas reliquitur pro æquis portionibus.
 - 26 Copula, & postea inter personas, dividit effectum dispositionis inter eas æqualiter.
 - 27 Portio defuncti accrescit coheredi etiam invito, & qua sit ratio.
 - 28 Jus accrescendi an habeat locum inter conjunctos conjunctione legali.
 - 29 Qualiter & quibus modis deficiat portio, ad hoc, ut accrescat alteri.
 - 30 Jus accrescendi, an habeat locum, quando portio deficiat per culpam & delictum heredis.
 - 31 Inter conjunctos quis præferatur alteri.
 - 32 Conjunctus re, an præferatur conjunctis verbis, vel e contra.
 - 33 Conjunctus aliquo modo, an præferatur omnino disjuncto.
 - 34 Si omnes heredes sunt omnino isjuncti, portio deficiens omnibus accrescit.
 - 35 Jus accrescendi, quod transeat ad hæredem, & qua sit ratio.
 - 36 Jus accrescendi an sit potentius jure substitutionis, vel e contra.
 - 37 In legitima filiorum, an habeat locum jus accrescendi.
 - 38 Jus accrescendi, an habeat locum in legatis.
 - 39 Jus accrescendi, in legatis, an habeat locum inter conjunctos conjunctione legali tantum.
 - 40 Jus accrescendi, an habeat locum in usufructu.
 - 41 Jus accrescendi in usufructu, an habeat locum quando portio semel fuit acquisita.
 - 42 Jus accrescendi in legatis, an habeat locum inter vivos.
 - 43 An portio deficiens accrescat cum onere.
 - 44 Jus accrescendi, an transeat ad emptorem, vel particularem successorem.

ISTA est materia alta, & subtilis, & de apicibus juris, quam intendo tractare notabiliter, & resolutivè, pro cuius perfecta introductione, & declaratione, dico quod principaliter videndum est, an & quando jus accrescendi habeat locum in contractibus. Secundò, an & quando habeat locum in hereditibus universalibus. Tertio, an & quando habeat locum in legatis particularibus. Quoad primum, an & quando jus accrescendi habeat locum in contractibus: Procedo per veras, & resolutivas conclusiones. Sit prima conclusio, quod in contractibus & causa lucrativa, & merè dividua, non habet locum jus accrescendi, ut verbi gratia, si quis promittat mihi & Titio 10. vel aliam quantitatem: nam illa promissio, & obligatio quæritur mihi pro medietate. Alia verò medietas non quæritur Titio, quia in jure nostro alteri per alium non potest quæri obligatio, ut in l. stipulat. ista, §. alteri, ff. de verb. oblig. cum similibus, & tamen illa medietas que deficit in persona Titii, non accrescit mihi, sed remanet apud debitorem promittentem, textus est capitalis in l. si mihi & Titio, ff.

Jus accrescendi quando habeat locum in contractibus.

Concl. 1.

Ant. Gomez. Variæ Resol. Tom. I. A a 2 ff.